minor probatur per illud quod dicit **Aug. xix. de ci. dei.** Penalis seruitus ea lege ordinatur q naturale ordinem seruari iubet et perturbari uetat, sed ad idē ordinatur ptas dñandi et penalis seruitus. ergo **¶ Sz. Greg. Dñs** hoies natura equales fecit sed p uariis meritis alios aliis occulta dei dispensatio sed iusta preponit. ergo uidetur q subiectio non sit in hoie fm institutōez nature. **¶ Itē aug. xix. de ci. dei.** Rōnale hoies ad imaginē dñi factū dominari noluit de nisi irrōnabilis. ergo si ptas presidendi uel dñandi est in hoie respectu alterius uidetur **¶ Itē hoc ipm uidetur rōe** Libertas uest homini a natura. sz ptas dñandi ē libertatis impeditiua. ergo nō uidetur q sit a natura. q aut libertas et a natura sit et a potestate hz impediri manifestatur. qz libertas sic hz diffiniri. Libertas ē naturalis ptas qua licet homini facere quod uult. **¶ Itē hō** p tuā primā additiōē factus est ad dei imaginē. sed inquitū ē imago dei natus ē imago imediate ferri in deū. ergo si solus de eo maior ē. ergo fm naturā nihil ē supra hoies nisi deus. ergo nullū dñius in hoie ē p nature institutionē nisi solū diuinū. **¶ Itē non ē dñs** sine seruo. ergo nec dñius sine seruitute. sed seruitus ē introductiua ppter peccatū sicut in plurib⁹ locis dicit aug. ergo uidetur q ptas dñandi in hoie sit p additiōē culpe. non fm institutionē nature. **¶ Item in glorificatiōe** hominis uitia detrahuntur et natura seruabitur fm q in li. de ci. dei uult aug. sed in statu glorie non manebit dominiū prelatiōis et subiectio seruitutis. ergo non uidentur hec ēē in natura humana fm q instituta sed solū fm q lapsa et uitata. **¶ R. dñs** q ptas dñandi uel psidendi tripliciter dñ. s. largissime et communiter et pprie. Largissime dñandi ptas dñ respectu omnis rei qua homo pōt ad libitū et uotū suū uti. et hoc modo dicit homo ēē dñs suar possessionū siue mobiliū siue immobiliū. Alio mō ptas dñandi siue psidendi dicit excellentiā ptatis imperando ei q ē capax rōnis et precepti. Tercio mō ptas dominandi dicit ptas coercendi subditos. et hec ptas dicit quandā artationē libertatis. et talis ptas dñandi pprie dñ dñium cui rñdet seruit⁹. **¶ Primo mō** ptas dñandi communis ē omni statui. s. statui nature institute et nature lapsē et nature glorificate. et excellentiori mō fuit i statu

nature institute qz sit in statu nature lapsē. **¶ Secundo mō** ppetit statui uie siue p statu nature institute siue p statu nature lapsē. et eniz hō stetit et uir posset impare uxori et pater potuisset impare filio. et hoc reperitur etiaz in angelis quādiū sunt administratorij. qz ex illa parte aliquo mō sunt in statu uie. hec tñ pssidentia non manebit in gloria sicut in prece dētib⁹ oñs fuit. **¶ Tercio vō** mō ptas dñandi in hoie ē solū p statu nature lapsē. inest. n. ei p culpe punitionē nō p nature institutionē. et hoc qz seruitus sibi corrñdēs p q dicunt sancti ē pena peccati. Et qz illo mō loqmur hic de potestate dñandi. ideo cēdēde sunt rōes oñdentes qz talis ptas nō inest homini fm suā primā additiōē siue p statum nature institute. **¶ Ad illud** ergo qd obf in oriū ex textu gñ. et ex. ij. cor. iam p rñsio. pcedunt. n. de ptate psidēdi accepta primo et scō mō. nō tertio. nā rñ si mulier sit uiro quodā mō inferior rōi. et inferioris sexus. nihilomin⁹ quia non ē creata ut eēt ei in adiutoriū ut famula sed ut socia. hinc ē q quis dicatur caput ei⁹ nō tñ dñs. qz ipa nō ē ancilla ipius. et ideo s dixit magr vi. xviij. q mulier ad equalitatē fuit addita. iō fuit formata de latere nō de pedib⁹ uel de capite ut uiri uideret eē socia nō dñā uel ancilla. **¶ Ad illud** qd obf q prelatio ē in angelis. iā p rñsio. qz quis vnus presideat alteri et auctoritate habeat sup alterū imperādi aliquid quod pertinet ad officiū ministerij. tñ vnus angelus non dñ eē seruus alteri⁹ angeli. et ideo ex hoc non cluditur q ptas dñandi fm q ei correspondet seruitus sit in hoie p additiōē nature. **¶ Ad illud** quod obf q dñium ē pprietas dignitatis. vō qz rñ si sit pprietas dignitatis i eo qui psidet. indignitatē tñ dicit i eo qui subest et ideo naturalr pōt uenire homini respectu alterius creature inferioris. respectu tñ alteri⁹ hominis nō uenit naturalr sz quodā mō pter naturalr. s. in punitionē peccati. sicut eniz dicit **Ambro.** seruitus introducta fuit per peccatū ebrietatis. **¶ Ad illud** quod obf q dñium et seruit⁹ facit ad obseruationē ordinis naturalis vō qz est ordo qui respicit naturā p oēm statū et est ordo q respicit naturā p statu sue additiōis et est ordo qui respicit naturā fm statum sue corruptionis. Et fm hoc quedam sunt de dictamine nature fm statū deū esse honorandū

dictat natura & omne statū. omnia eē omnia
dictat & statū nature institute. aliqd eē ppruz
dictat & statū nature lapsē ad remouēdas oē-
tōes & lites. Sic oēs hoīes eē seruos dei dictat
natura & oēs statū. hoīez vō adequari homini
dictat & statū sue prime oēitōis. hoīez autem
homini subici & hoīez homini famulari dictat
& statū corruptionis. ut mali oēsēantur & boni
defendantur. nisi. n. eēnt huiusmodi dīsa co-
ercentia malos ppter corruptionem que est
in natura unus aliter opprimeret & omniter
hoīes uiuere nō possent. non sic aut eēt si hō
pmā fisset in statu inocentie. q̄libet. n. i gradu
& statu suo maneret. Et sic p̄ q̄ illa ratio nō
occludit q̄ seruitus uel dīuz respiciat naturā
institutā sed solum q̄ respicit naturam lapsā
vbi ordo h̄z pturbari & pōt p dīuz oseruari.

Qonsequenter q̄ritur de necessitate
potentie presidendi. Et circa hoc q̄
runtur duo. Primo q̄ritur p̄truz
xpiani teneantur subiacere tyrānis. Secūdo
queritur utrū religiosi teneantur subiacere p-
latiis suis in omnibus.

Quia primū sic pceditur & queritur
ut xpiani teneantur subesse tyrānis
sive p̄tati seculari in aliq̄bus. Et q̄
sic uidetur. i. Petri. ij. Serui subditi estote in
oī timore dñi n̄ tm bonis & modestis s̄ etia
discholis. Itē ro. xij. Dis aīa p̄tati subli-
miorib̄ subdita sit. Et post. Reddite oib̄ de
bita. cui tributū tributū. cui uectigal uectigal.
Et si tu dicas q̄ hec ē amonitio ppter scanda-
lū uitandū. Cōtra. Paulo an. Necessitate sub-
diti estote non solū ppter irā sed etia ppter
oīciā. Itē hoc ipm oīditur rōe quā apo-
facit ibidē. Nō ē inq̄t ptās nisi a deo. s̄ que a
deo sunt ordinata sunt. ergo oīs ptās ordiata
ē ordinatiōe diuina. sed qui resistit ordinatiōi
dei dānationē sibi acquirit. ergo. Item
seruire homini nō ē culpa nec malū imo meri-
torū. ergo uidetur q̄ ab illa seruitute nō ab-
soluatur per baptismū. ergo sicut nō xpiani
serui sunt alioz ita etia si xpiani fiant seruire
tenentur. Itē ad hoc ipm sunt multe aucto-
ritates que pnt sumi quas ab oībus eplis b̄i
pauli in quibus monet seruos subiacere dñis
suis. Sz. Dat. xviij. Reges terre a q̄bus
accipiunt censū a filiis an ab alienis. Et post
infra. ergo liberi sunt filij. Et glo. ibi. Liberi

sunt filij regni i oī regno. multo magis liberi
sunt filij illius regni sub quo sunt oīa regna in
quolq̄ regno. si ergo boni xpiani sunt filij re-
gni illius uidetur q̄ nulli regis terreni p̄tate
sint ascripti. ergo non uidentur ei subesse in
aliquo tributo. Item Jacobi. i. Qui autem
prospexerit in lege perfecte libertatis. Glo.
exponit q̄ lex p̄fecte libertatis est lex euāge-
lica. ergo si p̄fecta libertas liberat ab oī fuitu-
te. uidetur q̄ oīs q̄ inheret legi euangelij abso-
lutus sit ab oī seruitute regis terreni. Itē
charitas oīa mēbra xpī facit b̄i & omnia facit
omunia. vñ. i. cor. iij. Oīa ūsa sunt siue mors
siue uita. Oīa facit unū q̄ dicit apls. et ad
ephe. & ad col. Oēs unū sumus in xpō nec est
distinctio serui & liberi. si ergo charitas reducit
oīa mēbra ad equalitatē & omnitatē. uidet
ergo q̄ in habentibus charitatē nō sit aliqua
obligatio seruitutis. Itē malus ē uinculus
legis diuine q̄ sit uinculum ostitutionis hu-
mane. Sed lex euangelica absoluit ab onere
seruitutis legalis que quidez a deo p moysen
lata fuerat. ergo multo forti absoluit ab one-
re seruitutis humane & legis ciuilis. Item
ansel. in li. cur. de homo. c. v. Per se redime-
re uoluit ut in pristinā redigeret libertatē. & si
bi hō subiectus esset nō homini. si ergo empti
sumus precio magno. s. sanguine agni incōta-
minati & imaculati. uidetur q̄ ipi solius serui
sumus. ergo non uidetur q̄ xpianus q̄ renat
est in xpō ascriptus sit alicui seruituti terreni
imperii. R. vñ q̄ cū seruitus opponatur li-
bertati & q̄ triplex dī ē libertas. s. a coactōe
& a culpa & a miseria. sic seruitus pōt dici tripli-
que attenditur in libertatis artatiōe. fm enī
artatiōe libertatis a culpa attenditur fuitus
peccati de qua Jo. viij. Qui facit peccatū ser-
uus est peccati. & ro. vi. Nō regnet peccatū in
nō mortali corpore. fm vō artatiōe liber-
tatis a miseria attenditur seruitus pene & mor-
tis de qua dī ro. vi. Xps resurgēs a mortuis
iā nō moritur mors illi ulera nō dñabitur. fm
aut artatiōe libertatis a coactōe attenditur
seruitus conditiōis de qua dī ro. vii. Seruus
uocatus es non sit tibi cure. sed si potes liber
fieri magis utere. hec aut seruitus attenditur
in coartatiōe libertatis a coactione non q̄sum
ad interiōrē motū uoluntatis que cogi nō pōt
sed quantus ad exteriōrē. vñ & fuit iuducta

fuit in hoc qd unus alterū uidet et seruituti sue adduxit ut nō liceat facere dūrius eius qd ipe mādauerit. **cu** ergo triplex sit seruitus una hz ortū ab altera. nam nō ēēt seruitus pene nisi precessisset seruitus culpe. nec seruitus diti-
onis subsequeretur nisi illa duplex pcederet. **¶** Cum ergo aliquis regeneratur in xpo et effici-
tur xpianus liberatur a seruitute peccati. s; tñ non sic liberatur quā etia possibilitatē et pñi-
tatē habeat redeundi in idē genus seruitutis. **¶** Et hinc est qd ppter eius pmoionē et humili-
ationē relinquit dñs fuitatē mortis et ditiōis. **¶** Nō ita moriuntur xpiani sicut et alij. et ppter
pñitātē ad malū et concupiscētiās militantes in
membris ex qbus cōsurgunt bella et lites. ita
indigent regi terreno principe sicut et alie gen-
tes. et ideo non solū fm humanā institutionē
s; etia fm diuinā dispēsationē inter xpianos
sunt reges et pñipes dñi et fuit. et f distinctōes
potestatis ei subijciuntur et tenentur f plus et
min⁹. et hoc spē dñs dicit. **Mat. xxij.** Reddite
que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. **¶** Et
apo⁹. i. thi. ult. hoc docet et dñi pñdicantes cō-
demnat. ait. n. sic. Quicūq; sunt sub iugo ser-
uitutis dños suos dignos oī honore arbitrent
ne nomē domini et doctrina blasphemetur. **¶** Si
autē aliter docet et nō acq̄scit sanis sermonib⁹
dñi nři Jesu xpi superbus est nihil sciens. **¶**
Et hoc spm pbat ro. xij. et in plurib⁹ aliis lo-
cis docet et mandat. **¶** Et ideo ccedendū est qd
xpiani sunt terrenis dñis obligati. nō tñ in oī-
bus sed in his solū que nō sunt dñi deū. neq; in
his omnibus sed in his que f rectā cōsuetudi-
nē statuta sunt rōnabilī sicut tributa et uecti-
galia et cōsimilia. **¶** Nō rōnes et auctoritates que
hoc oñdunt ccedende sunt. **¶** Ad illud ergo
quod primo obf de **textu et glo. xvij. Math.**
¶ vō qd text⁹ intelligit de xpo qd xps nō tene-
batur reddere tributū. et de his qui sunt eius
imitatores perfecti utpote de aplis. pro eo qd
naturalē erant liberi et oīa bona tpalia dimise-
rant. et iō censū uel tributū ab eis reges terre
accipe nō debebāt. in aliis autē xpianis uel qui
sunt seruilis ditiōis. uel qd abundant tpalib⁹ bo-
nis illa auctoritas nō hz intelligi. **¶** Ad illud
qd obf qd lex euangelica ē lex pfecte liberta-
tis. vō qd ideo dī lex pfecte libertatis qd libe-
rat a seruitute pñaricatiōis siue etia a fuitute
legis dū in ea datur sps charitatis qui ē spūs

libertatis f id quod dicit apo⁹ ro. vij. **¶** Nō ac-
cepistis spm seruitutis itē in timore s; spm
adoptionis filioy. et ideo ex hoc nō sequitur
qd qui est sub lege euāgelij sit liberatus a ser-
uitute terreni dñi. **¶** Ad illud quod obf qd
charitas oīa unit et cōmune facit. vō qd hoc ue-
rū est per quandā pñcipatōē s; nō est uerum
per dñi auctoritatē. oēs etia unit s; hoc est f
affectionē nō f gradus et dignitatē indistincti-
onē. nā in corpore xpi magna ē membroy di-
stinctio. q̄uis quātū ad cōformitatē affectionū
magna sit unio. **¶** Ad illud qd obf qd absol-
uit lex euangelica ab onere legis mosaice. er-
go multo fort⁹ a lege humana. vō qd nō est
simile. quia lex ista legē illā implet et euacuat
tanq̄ ueritas figurā. nō sic autē est de lege insti-
tutionis humane que multū adiunat ad obser-
uantia legis diuine. **¶** Nō et apo⁹ mandat rogari
pro principibus. i. ad thi. ij. vt quietā et tran-
quillā uitā sub eis agam⁹. **¶** Ad illud qd obf
qd xps ideo p se redimere uoluit ut in pristi-
nā libertatē redigeret. vō qd ibi notatur esse-
ctus plenus redēptionis facte per xpm. sed tñ
illū effectū nō plene assequimur in pñti. quelz
creatura ingemiscit et parturit donec liberet a
seruitute corruptiōis in libertatē glorie filioy
dei. **¶** Nō hic inchoatur libertas a culpa. sed ibi
cōsumabitur libertas a miseria et ab oī ptāte
humana. vnde nō sequitur qd si sumus empti
a xpo qd ppter hoc non simus serui alterius.
quia dñum xpi bene cōpatitur secum dñum
hominis in his maxime qui nihil iubēt dñi deū.
s; nō cōpatitur secū dñum diaboli uel peccati
f illud **Mat. vj.** Non potestis duob⁹ dñis ser-
uire. ideo q̄uis redēptione xpi eruiamur a ser-
uitute mortalis peccati. nō tñ eruiamur a serui-
tute ditiōis uel mortis.

¶ Secundo queritur utrū religiosi tene-
antur prelati suis ebedire in oibus
q nō sunt dñi deū. **¶** Et qd sic uidetur.
Primo auctoritate dñi **Mat. xxij.** Sup cathe-
drā moysi federūt scribe et pharisei q dicunt
uobis facite. ergo si dñs sine distinctōe mādāt
qd facienda sunt que dicunt etia de malis pla-
tis uidetur qd in oibus obediendū est eis. **¶** Si tu
dicas qd nō intelligitur nisi de illis que dicunt
et ad que hō tenetur per mandatū legis. **¶** Tra-
hoc ē. quia alibi dicit dñs. Qui uos audit me
audit. et q uos spernit me spernit. ergo si de⁹

in oibus est audiendus et in nullo spernendus. uidetur q. prelati a deo instituti a suis platis debeat in oibus obediri. ¶ **Itē col. tertio.** Filii obedite parētib⁹ vestris per oia. si filii carnales parentib⁹ carnalibus debent per oia obedire, et non debent minus esse obedientes filii spūales prelati spūtualibus q̄ carnalibus carnalibus. ergo religiosi debent suis prelati in oibus obedire. ¶ **Itē btus Bndcūs in regula sua.** Si precipit prelati impossibile tēptandū est facere. ergo si in impossibilibus obediendū est deo, multo fortius in possibilibus. ergo in oibus. ¶ **Item Hiero⁹ ad Rusticū.** Prepositū monasterii timeas ut dñm. diligas ut patrē, credas q̄qd dixerit salutare. nec maiori iudices sentētia cuius est offm obedire et iussa implere. vicente moysē. audi israel et tace. ¶ **Itē hug. de sancto victore.** Obedia est v̄tus que oia amplectitur in iudicia necessario implenda nisi obstitit iheratis auctoritas. ergo uidetur q. si non obedit in oibus non h̄z ueram obediām ergo si tenetur habere ueram obediām tenetur in oibus obedire. ¶ **Item uidetur rōne.** Sicut homo uouet paupertatem et continentia sic uouet obediām, sed q̄ uouet continentia tenetur abstinere ab oī coitu. et q̄ uouet paupertatem tenetur renūciare oibus temporalibus. ergo q̄ uouet obediām tenetur obedire in oibus que sibi iunguntur. ergo sicut aliq̄s iudicatur p̄prietarius si unā solā punctā habeat sic debz iudicari inobediens si unū solū prelati uerbūz pertransseat. ergo ei tenetur obedire in oibus. ¶ **Sed contra. Jacobi. v.** Obedire oportet dō magis q̄ hominibus. ergo in aliquibus tenemur obedire deo in quibus non tenemur obedire hominibus. ergo uidetur q. non teneamur obedire prelato in oibus. ¶ **Item Ber. in libro de dispensatione et precepto.** Subdit⁹ nec citra promissum est inhibendus nec ultra cogendus per legem obedientie. ergo si aliq̄s prelati precipiat ei ultra id quod promissit non uidetur q. teneatur ei obedire. ¶ **Itē p̄fectio religionis maxime in p̄fectione obediētie** ergo si omnes religiosi tenerentur in omnib⁹ obedire omnes religiones essent equalis p̄fectionis. q. si hoc est plane falsum. ergo **q̄.** ¶ **Itē religiosus nō tenetur obedire prelato suo nisi per legem uoti.** sed p̄ legē uoti nō tenetur homo soluere nisi id qd uouit sp̄taneē

ergo uidetur q. prelati non possit ab eo exigere nisi id quod p̄misit obnuare. ¶ **Rz. vō** q. aliter loquendū est de obedientia exigenda prelato a subdito religioso p̄ obediētie p̄fectionē. aliter p̄ necessitatis obligationē. Si loquamur de ipsa p̄fectionē sic vō est q. sicut dicit **Ber.** p̄fecta obediētia finē nescit et p̄fectus obediens non solū in his que mandat s̄ etia supra ea que mādāt promptū h̄z affectū ad subiaccēdū precepto prelati desiderans illū imitari qui humilians seipm factus est obediens usq̄ ad mortē. Si autē loquamur de obedientia p̄ necessaria obligationē sic habet terminū et mensurā iux magitudinē uoti emissi. Non. n. amplius tenetur obedire suis prelati nisi in his que promiserunt dño obseruare et que non sunt contraria aīe et regule sue. vnde si prelati aliquid precipiat qd sit supra uotum subditus non tenetur ad illud implēdū. Et iō ccedendū est q. religiosi non tenentur prelati suis obedire in omnibus. h̄z sanū sit cōsiliū q. in oib⁹ obediant que nō sunt cōtrā deū. vnde rōnes q̄ ad secundā partē inducūt ccedēde sunt quia uex ccludunt. ¶ **Ad illud ergo qd primo obf in cōtrariū q. obediendū ē in oibus his q̄ sedent in cathedra. uerū est de his q̄ ad cathedras spectant et de p̄ceptis legis. de aliis autēz nō mandat.** Et qd obicit q. ip̄e dñs dicit Qui uos audit **q̄.** vō est q. uex ē q. loquitur de his que apli et eorū successores mādāt ex persona xp̄i. et etia ex auctoritate sibi data. in nullo tñ qd dicant eorū auctoritas ē spernēda vnde q̄uis nō teneamur prelati in omnibus obedire. tenemur tñ nullū mandatū eorū spernere. vnde dñi iure q. sn̄ia pastoris siue iusta siue iniusta tenēda ē. ¶ **Ad illō qd obf de v̄bo apli.** filij obedite p̄ oia pentib⁹. vō q. si intelligatur de his que spectāt ad mādātū diuinū p̄ceptū ē. de aliis autē monito ē nō p̄ceptū. ¶ **Ad illud v̄bū bti Bndicti et Hiero. et hug.** vō ē q. nō loquūt de obediā p̄ obligatōem necessitatis s̄ p̄ p̄cōez charitatis. ¶ **Ad illō qd obf q. sicut uouet hō paupertatē et continentia ita uouet obediā.** vō q. sic et nō sic. Sic q̄cē hoc q. aufert sibi p̄prie uolūtatis dñiūz. Non sic aut q. nō artat se ad faciēdū nisi ea q̄ i regula sunt exp̄ssa. et qm in oī religione p̄cōis simplr cōtinetur renūciatio q̄tū ad op⁹ carnis et quātū ad op⁹ p̄prietatis uel in sp̄ali uel in cōi

nō sic autē p̄cipiuntur oīa q̄ p̄nt p̄cipi. iō non sic
artatur ad obediendū i oib⁹ sicut ad renūciandū
oib⁹. **Rō** autē h⁹ est q̄: possibile ē alicui renun-
ciare p̄prietati. et etiā satis facile maxime ubi
ē possessio habita in cōi. s̄z obrep̄are oib⁹ que
dicuntur hoc nō t̄m ē nō facile imo etiā ipossi-
bile. et iō fines ponuntur p̄missiōi obediē. non
sic ponunt p̄missiōi paup̄tatis uel etiā castita-
tis. **vñ** i regula b̄ti f̄rā. i. sci simplr̄ p̄cipitur
q̄ illi⁹ regule p̄fessores nihil oīo hēant p̄p̄riū
sup̄ terrā. simplr̄ etiāz p̄cipit p̄petuo continere
nō solū ab actu s̄z etiā a suspecto cōsortio et cō-
lio mulier. s̄z nō simplr̄ p̄cipit suis p̄lati i oib⁹
obedire s̄z i oib⁹ q̄ p̄miserūt dñō obsequare et
nō sunt oīa aīe et regule sue. nescio si ad aliq̄d
istoz uotoz q̄s̄z sciat plus addere. i hoc ergo
p̄fessis cultiue cōgruū ē p̄dē. q̄. cōtinuare s̄monē.

In pte ista sūt q̄ōes circa lit. Et pri-
mo q̄rit de illa r̄nsiōe quā facit maḡ
Sciendū ē aplz ib. loq̄ de seculari p̄tā-
te. **Nō**. n. uidetur maḡ sufficiēter soluere ad
q̄ōnē motā imo pot⁹ iugere. q̄ sicut hitū ē i
p̄cedēti. c. diabolus nō h̄z p̄tātē nocēdi a seipso
s̄z a deo. cū ergo apo⁹ dicit q̄ oīs p̄tās a deo
ē. intelligit nō solū de p̄tāte hoīs s̄z etiā de po-
testate diaboli. **Ite** uidet q̄ ei⁹ p̄tātī nō sit
resistēdū. q̄ hier. xxviii. **Gēs** et regnū q̄d nō
fuiuerit nabuch. c. c. minatur his dñs q̄ nō ser-
uēt nabuch. si ergo p̄ nabuch. significat dia-
bolus uidetur. **Ite** nō debem⁹ resistere
p̄tātī mēbris diaboli utpote malis p̄lati et ty-
rānis q̄ sunt mēbra diaboli. ergo multo forti⁹
neq̄z ipi diabolo q̄ ē caput ipoz maloz. **Rz**
vō q̄ maḡ recte dicit in hoc q̄d dicit q̄ vbi
apli a quo dī nō resistēdū esse p̄tātī intelligi
hēat de p̄tāte hūana nō de p̄tāte diabolica. q̄
p̄tās hūana et ordinata ē et ordinate si e. quēter
mouet et impat. et iō q̄ ei resistit diuine ordi-
nationi resistit saltē si ordinate p̄cipit. **Sz** q̄a
diabolus ex p̄uersitate uolūtatis sue semp in-
ordinate et ad malū mouet et dēu. iō h̄ rectū
ordinē et mādātū apli frequēter ē ei resistēdū
et pugnandū cū eū tanq̄z cū pessimū aduersariū.
q̄ ergo dicitur q̄ p̄tās diaboli a deo ē. vō q̄
uex ē. s̄z ipē nō utitur ea ad id ad q̄d de⁹ ei eā
dedit imo semp malū intēdit. et dū nos ei for-
titer resistim⁹ malū suū in bonū n̄m uertit-
mus. **Ad** illud quod ob̄ de mēbris diaboli

vō q̄ nō est simile. nā mēbra sua nō ita semp
mouent ad malū sicut ipē q̄ ē in malo obstina-
tus et a quo sumpsit exordū oē malū. **Ite**
queritur de hoc quod dicit. **Ipsos** humanarū
rerū gradus aduerte siq̄s iusserit uicecurator
c. In quo vbo inuit q̄ si p̄tās inferior obulet
p̄tātī sup̄iori magis obediendū ē p̄tātī sup̄iori
q̄ inferiori. **Sz** dñi h⁹ habetur sup̄ illō apoc.
Et angelus ecclesie p̄gami scribe. **Non** audet
archiep̄us sup̄ subditos ep̄i manū imponere
sine eo. s̄z hoc pōt ep̄s sine archiep̄o. ergo ui-
detur q̄ magis est obediendū inferiori q̄ su-
p̄iori. **Ite** cā imediata magis influit q̄ me-
diata. ergo si potestas inferior magis imēda-
ta ē q̄ superior. uidetur q̄ magis sit standū
potestati inferiori q̄ superior. **Contrariū**
huius est. quia dicit **Boetius**. Quicquid pōt
uirtus inferior potest superior. sed non econ-
uerso. ergo uirtus superior potest op̄escere in-
feriore. ergo magis standū ē mandatis ipsius.
Rz vō q̄ dupliciter est loqui de potestate
superiori et inferiori. aut ita q̄ potestas inferi-
or totaliter fluit a p̄tāte superiori. aut ita q̄
indignatur sicut potestas curatoris a potesta-
te p̄con⁹ ulis et potestas p̄con⁹ ulis a pote-
state imperatoris. et tunc uerum est quod dicit
q̄ standū est magis potestati superioris q̄
inferiori. **Aut** ille potestates ita se habent q̄
ambe fluunt a superiori. et in talibus determi-
natis una presupponit alteraz. et illa posse ple-
num habet super utraq̄z sicut potestas ep̄i-
scopi et archiep̄isopi a potestate pape qui ple-
naz habet potentiam super utraq̄z. **Et** tunc
non est generaliter uerum q̄ magis oporteat
obedire potestati superiori q̄ inferiori utpote
potestati archiep̄isopi q̄ ep̄isopi. quia unus
est prelatus imediat⁹ alter mediatus. sed re-
spectu eius qui habet plenam potestatem su-
per utraq̄z ueritatem habet. quia ille non est
tantum prelatus mediatus. unde magis debz
stare subditus mandato pape q̄ mandato ali-
cuius prelati inferioris. et in hoc casu loquitur
Augustinus. Et per hoc p̄z r̄nsiō ad obiecta.
Postremo queritur de illis auctoritatibus
quas magister adducit in littera. cum enī sit
q̄stio de p̄tāte peccandi uidetur q̄ min⁹ recte
adducat auctoritates illas q̄ locū tenēt de p̄tā-
te dñandi et iherēdi malū pene sic aspicienti p̄z

Et dicendū q̄ ex ōsequēti aliquo possunt ad
 ppositū applicari. Veritatem sicut aperte ap-
 paret magister allegat eas aliquantulū minus
 recte. non tamen est mirandū si in tot et tam
 bonis dictis magister dixit aliquid minus cō-
 plete. nec ei est ppter hoc insultandū. magis
 enim suo labore meruit legētū orōes et grāz
 actiones q̄s reprehensiones. Iñ in aliqbz locis
 declinauerit ab opinionibz communibz et parti-
 minus probabili adheſit precipue in octo locis.

Nā in li. primo sunt duo. vñ. s. est vi. xvij.
 q̄ charitas que est dei et proximi nō est quid
 creatū s; increatū. Aliud uero est q̄ hec noia
 trinus et trinitas nō dicūt positōes s; priuati-
 onē tñ. et hoc ponit vi. xxiii. In secūdo vō
 li. similf duo dicit quoz primū ē q̄ in angelis
 beatis premiū precessit et meritū respectu sub-
 stantialis premiū habet subſequi. et hoc dicit
 vi. v. et etiā vi. xi. Aliud est q̄ nihil de cibis
 transit in ueritatē humane nature nec per ge-
 nerationē nec per nutritionē. In li. tertio si-
 militer duo dicit. vñ est q̄ anima exuta a cor-
 pore est persona. et hoc dicit vi. v. Aliud ē q̄
 xps fuit homo in triduo. et hoc dicit vi. xxii.

In quarto similf duo dicit. vñ ē q̄ baptis-
 m⁹ iōānis cum impositione manū equipollebat
 baptismo xpi ita q̄ baptizatus baptis-
 mate iōānis in fide trinitatis non erat rebaptizand⁹
 et hoc dicit vi. secūda. Aliud est de prāte ba-
 ptizandi interius quam dixit q̄ deus potuit
 aliū dare. et q̄ creatura potuit ſuſcipere. et ſilf
 q̄ deus potest potestātē creandi communicare et
 creare per creaturaz tanq̄ per miniſtrū. et hoc
 vi. v. In his octo poſitionibus communiter do-
 ctōres parisienses non ſequūtur magiſtrū nec
 credo in oib⁹ his eū eſſe ſuſtinendū ne amore
 hominis ueritati fiat preiudiciū. et hec omnia
 ſuis locis manifesta ſunt et manifestabuntur.

Si cui aut aliter uidetur et fortassis melius nō
 inuideo. ſed hoc rogo ut ſiquis in explanatōe
 duoz libroz precedentū et etiā duoz ſequen-
 tiū aliquid in hoc opusculo inuenerit appro-
 batione dignū agat grās deo largitori bonoz.

In aliis vō locis ut inuenerit uel falſū uel du-
 biū uel obſcurum ſcribentis inſufficientie beni-
 gne indulgeat qui absq; dubio teſte ōſcientia
 uera et apta et communia dicere ōſcipuit. Quic-
 quid enim ſit de uerbis que foliis oparantur
 hoc ſūmope attendendū et in inq̄ſitione qualz

obſeruandū ne quis adeo letetur in ſententia
 oris ſui et ſic ei inhereat ut uerba oris alieni
 deſpiciat aſpiciens ea oculo minus ſano. et ſic
 per tumorem et liuorem aditum ſibi ueritatis
 precludat et de numero illorum ſit de quibus
 dicit apoſtolus q̄ ſemp ſunt diſcentes et nūq̄s
 ad uiam ueritatis peruenientes. quod auertat
 deus ab oibus inq̄ſitoribus ueritatis. Hanc
 autem ueritatem inſatigabiliter querere. in-
 fallibiliter inuenire. inaniſſibiliter apprehen-
 dere et tenere concedat nobis ille qui eſt uia
 ueritas et uita. qui cum patre et ſpū ſancto
 unum exiſtens in eſſentia et ab eis diſtinctus i
 perſona hominem rectum fecit. qui ſe inſini-
 tis queſtionibus miſcuit peccatorum ſm q̄
 ſeries manifeſtat duorū precedentū libroz.
 cui eſt omnis honor et gloria laus et imperium
 per inſinita ſecula ſeculor. **A. D. E. N.**

Religioſi p̄s Bonauenture ordinis minorū
 ueritatis theologice p̄feſſoris eximii. ſacregz
 apoſtolice ſedis cardinalis ſuper ſecundū ſen-
 tentiaz ſcriptum finit. Anno ſalutis noſtre
 M ccc lxxvii. per magiſtrum Hermanum
 lichtenſtein Lariſſi feliciter impreſſum.

